

LOCI THEOLOGICI EN LAS "DISPUTATIONES METAPHYSICAE" DE FRANCISCO SUÁREZ

Por Salvador Castellote

Se ha dicho que las *Disputationes Metaphysicae* de Suárez constituyen, si no el primero, sí el más importante modelo de una metafísica independiente de la teología.¹ Si consideramos sólo el hecho de que Suárez cambia la estructura clásica aristotélica por una nueva, no habría inconveniente alguno en asignarle al Doctor Extrnius este mérito. Pero al leer más atentamente el texto completo de esta enorme y trabajosa obra, nos vamos apercibiendo de que esta supuesta independencia de la teología no es tan clara como se ha querido ver.

Además, haríamos bien en atender a la finalidad con la que el mismo Suárez quiso escribir esta obra, para darle así el auténtico y personal sentido que verdaderamente tiene:

"Quemadmodum fieri nequit ut quis theologus perfectus evadat, nisi firma prius metaphysicae iecerit fundamenta, ita intellexi semper opere premium fuiste ut, antequam Theologica scriberem Comentaría (quae partim iam in luce prodire, partim collaboro ut quamprimum, Deo favente, compleantur) opus hoc, quod nunc, christiane lector, tibi offero, diligenter elaboratum praemitterem... Ita vero in hoc opere philosophum ago, ut semper tamen prae oculis habeam nostram philosophiam debere christianam esse, ac divinae Theologiae ministram. Quem mihi scopum praefici, non solum in quaestionibus pertractandis, sed multo ma-

¹ Cfr. M. Grabmann, *Die Disputationes metaphysicae des Franz Suárez in ihrer methodischen Eigenart und Fortwirkung* (1917), repr. in ID., *Mittelalterliches Geistesleben. Abhandlungen zur Geschichte der Scholastik und Mystik*, vol. I (Munich, 1926) 525-560. Se pueden ver también las investigaciones realizadas por J. Gallego Salvadores, "El maestro Diego Mas y su tratado de metafísica. La primera metafísica sistemática", en: *Analecia Sacra Tarraconensia* 43 (1970) 3-92; ID., "La aparición de las primeras metafísicas sistemáticas en la España del siglo XVI: Diego Mas (1587), Francisco Suárez y Diego de Zúñiga (1597)", en: *Escritos del Vedad* 3 (1973) 91-162; ID., "La enseñanza de la metafísica en la Universidad de Salamanca durante el siglo XVI", en: *Cuadernos salmantinos de filosofía* 3 (1976) 211-236; Ch. LOHR, *Metaphysics*, en *The Cambridge History of Renaissance Philosophy*, éd. Ch. B. Schmitt / Q. Skinner (Cambridge, 1982), 537-638, J.-Fr. Courtine, *Suárez et le système de la métaphysique* (Paris, 1990) 406-409.

gis in sententiis seu opinionibus seligendis, in eas propenden, quae pietati ac doctrinae revelatae subservire magis viderentur...

Demum, benignum lectorem admonendum duximus, unum quidem opus hoc esse, nec eius disputationes fuisse ab uno volumine seiungendas, nisi aliqua nos ratio coegisset. Nam imprimis ne mole suanonnihil afferret molestiae, in duo volumina illud divisimus; deinde vero, ut, quoad fieri posset, nostrorum laborum studiosis debitum officium praestaremus, hoc prius emisimus statim ac e praelo prodit; quamvis aliud eo iam processerit, ut existimem non prius hanc partem perlectam fore, quam illa fuerit in lucem editam. Utinam utraque et caetera quae molimur in magnam Dei Optimi Maximi gloriam, et Ecclesiae Catholicae utilitatem cedant. Vale”.²

Vemos, pues, que la metafísica en la que está pensando Suárez es, a un mismo tiempo, autónoma en su objeto

Fateor me in divinis perfectionibus, quae attributa vocant, contemplandis, immoratum fuisse diutius quam alicui frotase praesens institutum exigere videretur; at compulit me rerum imprimis dignitas et altitudo, deinde quod mihi numquam visus sum luminis naturalis, atque adeo nec metaphysicae, limites transilire.³

Pero en su finalidad es claramente un servicio a la teología:

...divinae Theologiae ministram. Quem mihi scopum praefici, non solum in quaestionibus pertractandis, sed multo magis in sententiis seu opinionibus seligendis, in eas propendens, quae pietati ac doctrinae revelatae subservire magis videretur.... principia metaphysicae sint ad Theologicas veritates confirmandas referenda et accommodanda.⁴

Un buen conocedor de la metafísica jesuítica española, Jacob Schmutz, ha caracterizado así la capacidad inventiva de esta metafísica:

² F. Suárez, *Disputationes Metaphysicae*, Biblioteca Hispánica de Filosofía, Madrid 1960, vol. I, Prooemium, 203 s.

³ Ib.

⁴ Ib.

"C'est aussi l'une des raisons du prestige et de l'extraordinaire inventivité qui allait continuer à caractériser la métaphysique dans la scolastique espagnole tout au long du siècle. Le lieu par excellence de la créativité philosophique n'est plus la logique, comme c'était le cas dans les premières générations du XVI^{ème} siècle, ni la physique, qui reste bridée par les interdits et les censures, mais bien une métaphysique devenue totalement impérialiste, qui non seulement englobe en son sein des questions relevant traditionnellement de la logique et de la physique, mais qui permet surtout de saisir l'être tel que Dieu lui-même la pensé".⁵

Hemos dividido los *loci theologici* en tres apartados, sin querer con ello haber agotado todos los lugares donde Suárez trata temas teológicos, pero creo que constituyen un buen ejemplo de su interés por hacer de sus *Disputationes* un libro con finalidad "teológica".

Indicamos sólo la referencia de los loci dedicados a

CRISTO, TRINIDAD y FELICIDAD, transcribiendo los referentes a EUCARISTÍA, para mayor facilidad del lector.

CRISTO:

5,3,16; 6,3,9; 6,10,6; 9,1,18; 12,2,11; 12,2,2; 12,2,8; 12,2,12; 12,2,8; 13,11,19; 13,11,3; 15,8,3; 15,9,2; 15,9,7 15,10,7; 15,10,15; 15,10,23; 15,10,24; 15,10,35; 15,10,69; 15,11,7; 15,8,3; 15,9,7; 16,2,3; 16,1,8; 17,2,11; 17,2,16; 17,2,22; 18,1,13; 19,9,5; 20,3,10; 20,4,13; 22,2,45; 22,2,28; 23,4,7; 25,2,3; 28,2,2; 29,2,37; 30,7,7; 31,1,10; 31,10,15; 31,12,28; 31,12,16-33 (17. 18. 19.20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33); 34,1,11; 34,2,2; 34,2,5; 34,2,7; 34,2,8; 34,2,9; 34,2,10; 34,2,11; 34,2,12; 34,2,13; 34,2,15; 34,2,16; 34,2,19; 34,3,3; 34,3,5; 34,3,6. 34,4,6. 34,4,7. 34,4,12; 34,4,15; 34,4,17; 34,4,22; 34,4,25; 34,4,27; 34,4,28; 34,5,8; 34,5,27; 34,5,31; 34,5,32; 34,5,37; 34,5,34; 34,5,46; 34,5,47; 34,5,48; 34,5,52; 34,6,8; 34,6,17; 34,7,4; 34,7,7; 34,7,9; 34,7,10; 34,7,16; 34,7,18; 34,8,5; 34,8,9; 34,8,10; 36,2,6; 36,3,8; 36,3,12; 37,7,16; 37,7,18. 40, 2, 2; 40,2,14; 40,2,15; 40,2,16;

⁵ Jacob Scmutz, *Science divine et métaphysique chez Francisco Suárez*, en *Francisco Suárez, "Der ist der Mann", Homenaje al prof. Salvador Castellote*, Valencia, (Series Valentina L), 2004, 379.

40,2,17; 41,2,2; 44,11,21; 50,1,2; 50,1,3; 51,3,8; 51,4,16; 51,4,18; 51,6,6; 52,1,11.

Trinidad:

5,5,6; 7,1,16; 7,2,5; 7,2,27; 10,3,7; 10,3,11; 12,1,21; 12,2,8; 29,3,20. 30,4,31 ; 30,6,3; 34,8,5; 47,16,35-38 (36. 37. 38).

Felicitas sobrenatural: 30,11,37: 30,15,26: 32,1,18.32,2,31

Eucaristía:

4,3,39: Accidentia in genere causae formalis quomodo a formae substantiali pendeant.— Prior dependentia non potest esse immediata, sed mediata; forma enim substantialis non informat quantitatem vel alia accidentia, neque intelligi potest quo alio modo immediate circa illa exercent munus causae formalis; ergo non possunt accidentia pendere a forma immediate in eo genere causae. Mediata vero dependentia vera est et facile intelligitur; nam, quia accidentia proxime pendet a materia ut a subiecto, et materia pendet a forma in genere causae formalis, fit ut saltem mediate quantitas pendeat a forma in genere causae formalis. Haec autem dependentia non satis est ut recedente forma pereat quantitas, quia formae quae recedit succedit alia quae idem numero subiectum conservat. Etenim sub hac ratione quantitas non alia de causa pendet a forma nisi quia a materia pendet; ergo, si circa materiam illa dependentia satis suppletur per subsequentem formam, multo magis circa quantitatem. Et declaratur a simili; nam si materia effective conservaretur ab uno agente, et postea desineret conservari ab illo et conservaretur ab alio, nihilominus haberet eandem formam substantialem et eadem accidentia in ea manerent, quia formae et eadem accidentia in ea manerent, quia formae et accidentibus impertinens est quod materia conservetur ab hoc vel illo agente, aut hac vel illa actione, sed per se solum est necessarium ut eadem numero conservetur; idem ergo est in praesenti. Immo, si Deus per absolutam potentiam conservaret materiam sine forma, supplendo effective formalem concursum formae (quod infra ostendemus fieri posse), quantum est ex vi huius dependentiae, manerent in materia omnia accidentia, quae in illa inhaerent, quia ad illa solum requiritur quod materia conservetur; quod vero hac via, id est, mediante forma, vel per solam efficientiam superioris causa; parum interest. Sicut in mysterio Eucharistiae dicunt

theologi, conservata quantitate absque substantia, sine novo miraculo in ea conservari accidentia quae inhaerent, quia, supponendo quod inhaerebant, solum pendent a substantia mediante ut a sustentante quantitatem; unde, hoc ipso quod Deus supplet effective sustentationem illam materialem, possunt eadem accidentia in quantitate inhaerere et conservari. Propter hanc ergo solam mediatam dependentiam non destruentur accidentia recedente forma.

8,7,25: Quid connotet veritas transcendentalis.— Dico secundo veritatem transcendentalem significare entitatem rei connotando cognitionem seu conceptum intellectus cui talis entitas conformatur vel in quo taurus res repraesentatur, vel repraesentari potest prout est. Haec conclusio probatur etiam ex dictis a sufficienti partium enumeratione. Et existimo, quamvis auctores diversimode loquantur, omnes fere hanc eandem rem docere voluisse eamque in hunc modum explico. Existimo enim hunc veri entis conceptum esse virtualiter comparativum unius rei vel naturae ad proprium conceptum eius rei, quae vera esse dicitur; ut, verbi gratia, ad profitendum Eucharistiae mysterium dicere solemus hostiam consecratam esse verum corpus Christi Domini, ubi per verum corpus nihil aliud significamus quam illud idem corpus quod per proprium ac verum conceptum corporis Christi repraesentatur. Et similiter, ad confitendum mysterium Incarnationis, dicimus Deum esse verum hominem, id est, habere illam naturam quam in essentiali specie hominis vere concipimus. Et hinc dixit Hervaeus, Quodl. III, q. 1, a. 2 et 3, hanc veritatem esse conformitatem rei, prout est in se, ad seipsam ut obiective conceptam; Durandus vero, In I, dist. 19, q. 5, e contrario dixit hanc veritatem esse conformitatem rei secundum esse obiectivum ad seipsam secundum esse reale; uterque enim intellexit hanc veritatem nihil rei addere praeter denominationem ortam ex coniunctione et proportionem seu conformitate inter intellectum et rem. Sed ipsi declarant per conceptum obiectivum quod nos per formalem; tamen, quia conceptus obiectivus nihil praeter rem addit nisi denominationem termini conceptus formalis, ideo non recte explicatur conformitas inter rem et conceptum obiectivum, sed inter rem potius et conceptum formalem seu ideam. Atque idem existimo sensisse eos qui dicunt verum addere supra ens relationem rationis conformitatis entis ad intellectum, ut significat S. Thomas, In I, dist. 19, q. 5, a. 1; hoc enim, ut verum sit, non est intelligendum de relatione propria et actuali, sed de illa mutua connexionem rei et conceptus et connotationem unius, ut correspondentis alteri, quae quia per modum relationis a nobis concipitur, relatio rationis

dici solet. Denique in hoc sensu facile applicatur ad hanc veritatem illa vulgaris veritatis definitio, quod sit conformitas inter intellectum et rem; illa enim conformitas non intelligitur esse relatio aliqua, ut supra in veritate cognitionis explicatum est, sed denominatio sumpta ex consortio plurium ita se habentium ut tale unum sit, quale ab alio repraesentatur.

16,1,2: Aureoli opinio reiicitur.— Circa hanc quaestionem referri potest opinio Aureoli apud Capreolum, In II, dist. 18, q. 1, dicentis nullum accidens habere propriam entitatem formae, per quam formaliter afficiat subiectum, sed esse ipsam actuationem. Quod vix intelligitur quid significet, nisi fortasse intellexit nullum accidens esse rem distinctam realiter ab entitate substantiae, sed modum tantum, quod multis modis repugnat et dissonat veritatibus fidei. Quis enim intelligat accidentia in Eucharistia separari, et manere sine entitate substantiae, et quod non habeant propriam aliquam entitatem distinctam realiter ab entitate substantiae? Item, quomodo potest recte intelligi tota doctrina quam fides docet de qualitibus infusis, si illae non habent proprias entitates distinctas ab entitate naturali substantiae? Est praeterea illa sententia contra experientiam quantum res physica esse potest; quis enim videns aerem illuminari nunc et postea amittere lumen, non fere videat oculis lumen esse entitatem quamdam distinctam a substantia aeris? Omitto alia quae de quantitate, qualitate, etc., suis locis dicemus. Praeterea, illa sententia in eo sensu nulla rationi probabili nititur; cur enim repugnat rationi accidentis quod habeat entitatem propriam distinctam a substantia et naturaliter pendentem ab illa? Fortasse tamen non fuit hic sensus illius auctoris, sed quod accidens, sive sit res distincta a subiecto sive non, in re non distinguatur ab actuatione seu inhaerentia in subiecto; omnia enim argumenta quae ibi refert Capreolus ad hoc tendere videntur. Iuxta quem sensum non excludit quin accidens esse possit vere ac proprie forma, male tamen explicat formalem causalitatem eius. Estque etiam in hoc sensu periculosa sententia, ut ibi notat Capreolus; nam si informatio vel (quod idem est) inhaerentia accidentis non est in re distincta ab illo, intelligi non potest quomodo accidens sine sua actuali inhaerentia conservetur, quod tamen in Eucharistia fieri docet fides. Praeterea, si argumenta quae ibi refert Capreolus essent alicuius momenti, idem probarent in forma substantiali et informatione eius; omnes enim in hoc potissime insistunt, ut inquirant quid sit illa informatio, si est aliquid distinctum ab accidente, an sit respectivum vel absolutum, et alia huiusmodi quae insubstantiali informatione et in qualibet unione vulgaria sunt.

16,2,3: Varii modi quibus fiunt accidentales formae.— Rursus distinguere oportet duplicem modum quo accidentia fieri solent, scilicet aut per se per propriam actionem, aut per resultantiam. Item, inter formas accidentales, quaedam sunt naturalis ordinis, quaedam vero sunt ordinis supernaturalis, ut gratia, lumen gloriae et similes. Et eadem distinctio adhiberi potest de modis accidentalibus, nam quidam sunt naturales, ut figura terrae vel Ubi; alii sunt supernaturales, ut modus existendi corporis Christi in Eucharistia. Et addere hic possumus tertium membrum, nam quidam modi dicuntur esse non naturales nec supernaturales, sed artificiales, quod membrum non habet locum in propriis formis seu entitatibus accidentalibus, quia nulla est quae per artem proprie fiat, nisi fortasse vel quatenus ars adiuvat naturam, ut in sanitate, vel quatenus per artem applicantur activa passivis, ut si aurum fit per artem alchimiae, et hoc modo fiunt alia mixta, ut liquores, etc. Quae formae omnes non sunt artificiales proprie, nisi fortasse per quamdam denominationem extrinsecam; intrinsece enim sunt formae physicae ac naturales, non solum accidentales, sed interdum etiam substantiales esse possunt et eiusdem rationis cum iis quae naturaliter fiunt. Unde, quod applicatio agentium et patientium per artem fiat, nil obstat quominus per veram educationem fiant. Propriae ergo artificiales formae tantum sunt quidem modi, omnes enim in figura aliqua consistunt; quia virtus effectiva humana, quae arte regi aut dirigí potest, non potest amplius extendi, cuius rationem infra videbimus; figura autem quaelibet solum est modus quidam rei quantae, ut per se constat.

21,2,8: Secunda assertio.— Dico secundo: interdum conservatio est distincta actio a productione ob diversitatem efficientis vel materialis causae; tunc autem est materialis potius distinctio quam formalis inter productionem et conservationem. Prima pars declaratur et probatur, nam quantitas, verbi gratia, in mysterio Eucharistiae conservatur eadem numero, et in materia panis et separata a pane. Et ideo alia actione fuit producta ex materia panis, alia conservatur separata. Et ratio est quia prior actio fuiteductio de potentia materiae, vel concreatio cum materia, aut comproductio cum pane, iuxta varias opiniones. Posterior vero actio est ex nullo subiecto; et in re est idem quod creatio; solum non ita appellatur quia res illa iam praeexistebat. Unde obiter intelligitur hunc modum distinctionis inter productionem et conservationem, scilicet ut altera sit per modum educationis, altera per modum creationis, vel e converso, non posse naturaliter intervenire nisi per miraculum aut supernaturale opus; nam forma quae fit per actionem dependentem a subiecto non potest

naturaliter fieri aut conservari independenter a subiecto. Et eadem ratione, si accidens productum in uno subiecto transmutaretur in aliud et in eo conservaretur, actio illa qua conservaretur in alio subiecto esset distincta ab illa qua fuit productum in priori; quia esset quasi novaeductio novaque dependentia a distincta causa; tamen illa diversitas non potest esse naturalis, quia non potest accidens migrare naturaliter de subiecto in subiectum.

30,4,27: Expenditur quoad localem motum.—Circa alteram partem de motu locali dicendum est Aristotelem loqui de tali mutatione physica et locali qua mobile per omnes suas partes pertransit omnes partes spatii, prout naturaliter fieri videmus; neque enim naturali lumine cognosci potest esse possibilem corporibus alium modum mutandi locura, et ideo optime infert Aristoteles ut impossibile quod talis motus fiat in non tempore, quia intrinsece postulat successionem, eo quod non possit eadem pars mobilis simul attingere distantem partem spatii et pertransire propinquam. Unde non est simile de motu rei spiritualis, quae nullas habet partes, quidquid sit de veritate et intelligentia illius sententiae. Quod vero corpus in momento possit deserere totum locum et acquirere totum alium, potest (ut opinor) fieri virtute divina, non tamen credo posse naturali ratione cognosci, nedum probari. Duobus enim modis id fieri potest: unus est transeundo vel secundum totum, vel secundum partes ab extremo in extremum, non tangendo medium; alius est, si simul totum mobile existat in termino et in toto spatio medio et in singulis partibus eius, uterque autem modus adeo est supernaturalis, ut licet credentibus alia mysteria fidei, praesertim Eucharistiae et virginei partus et similia non sit dubium esse possibilem, omnino tamen naturalem rationem superet. Quapropter immerito Gregorius ex hoc effectu probat infinitam Dei virtutem. Et hactenus de hac ratione Aristotelis.

31,1,10: Quinto, praeter rationes metaphysicas adiungere possumus theologicam rationem, quia essentia creata separatur in re ipsa a sua existentia; ergo distinguitur realiter ab illa. Consequentia probatur ex dictis superius de distinctionibus rerum. Antecedens solet communiter probari, quia res creatae, cum corrumpuntur vel annihilantur, amittunt existentiam, non vero essentiam. Unde per rei corruptionem separatur existentia ab essentia. Melius vero probatur illud antecedens ex duplici mysterio fidei. Unum est Eucharistiae, in quo per consecrationem quantitas amittit naturalem existentiam, per quam existebat in pane, et acquirit aliam, qua per se existit et potens est reliqua accidentia

sustentare. Aliud est Incarnationis mysterium, in quo humanitas Christi propria et naturali caret existentia, et assumpta est, ut per existentiam increatam divini Verbi existat.

38,2,12: Accidens in concreto primo cognitum non concipitur sub ratione inhaerentis.— Atque hinc infero quod, licet res primo ac per se cognita revera sit accidens, tamen ab intellectu ex vi illius conceptus non cognoscitur formaliter sub ratione accidentis, id est, sub ratione inhaerentis alicui, sed solum sub ratione huius sensibilis et materialis entis. Immo neque ex vi illius conceptus discernitur an illud obiectum sit compositum ex forma et subiecto, vel quid simplex, sed tantum praecise et abstracte id concipitur per modum unius. Quod satis nobis ostendit mysterium Eucharistiae; non enim magis concipimus substantiam ubi est sub accidentibus quam ubi non est. Formalis ergo conceptio accidentis ut inhaerentis, et substantiae ut sustentantis vel per se stantis, discursu postea acquiritur, et maxime ex rerum mutationibus; nam, dum videmus accidentia mutari circa aliquod subiectum, ipsum subiectum mutari intelligimus. Unde, si comparatio fiat inter hos conceptus expressos et formales accidentis ut accidens est, et substantiae ut est substantia, videtur sane non esse inter eos necessarius ordo, prout in nobis sunt; quia in principio per modum correlativorum substantiam et accidens videmur concipere, cum solum per illam mutuam habitudinem illa discernere incipiamus; postea vero indifferenter possumus excitari ad utrumque directe cognoscendum, et indirecte seu in obliquo semper cognitio unius terminatur aliquo modo ad alterum; quia, ut dixi, semper conceptio est connotativa seu respectiva; quamvis hoc in accidente proveniat ex imperfectione eius, in substantia vero ex nostra. Sed de his latius in scientia de Anima.

40,2,2: Est ergo aliquorum sententia, praesertim nominalium, quantitatem molis non esse rem distinctam a substantia et qualitatibus materialibus, sed unamquamque earum entitatum per seipsam habere hanc molem et extensionem partium quae est in corporibus; sed illammet entitatem vocari materiam, verbi gratia, quatenus est substantiale subiectum, vocari autem quantitatem quatenus habet partium extensionem ac distinctionem; idemque proportionaliter dicunt de formis et qualitatibus materialibus. Unde inferunt in unoquoque composito materiali tot esse quantitates quot sunt entitates materiales realiter distinctae, quae ita possunt sese penetrare, sicut ipsaemet entitates. Ita sensit Aureol., apud Capreol., In II, dist. 18, a. 2; et Ocham, In IV, q. 4, et Quodl. IV, q. 29, usque ad 33, et Quodl. VII, q. 25, et latissime in

tractatu de Corpore Christi, c. 17, et seq., et in Logica, c. de Quantit.; Gabriel, In II, dist. 10; Maior, In II, dist. 12, q. 2; Adam, In IV, q. 5; Albert. de Saxonia, I Phys., q. 7. Quamquam autem hi auctores satis expresse negent distinctionem realem quantitatis a substantia, an vero in re habeant aliquam distinctionem actualem ex natura rei, saltem modalem, vel tantum rationis ratiocinatae, non satis declarant; frequentius enim ita loquuntur, ut nullam distinctionem in re ponere videantur. Dum vero aiunt posse aliquando materialem substantiam sine sua quantitate manere (ita enim de corpore Christi in sacramento Eucharistiae sentiunt), videntur admittere distinctionem aliquam ex natura rei.

40,2,8: Prima probatio verae sententiae.— Atque haec sententia est omnino tenenda; quamquam enim non possit ratione naturali sufficienter demonstrari, tamen ex principiis theologiae convincitur esse vera, maxime propter mysterium Eucharistiae. Ex quo etiam ipsa naturalis ratio illustrata intelligit ipsis etiam naturis rerum esse veritatem hanc magis consentaneam ac conformem. Prima ergo ratio pro hac sententia est quia in mysterio Eucharistiae Deus separavit quantitatem a substantiis panis et vini, conservans illam, et has convertens in corpus et sanguinem suum; id autem fieri non potuisset, nisi quantitas ex natura rei distingueretur a substantia. Neque sufficere potuisset distinctio modalis, quia substantia non potest esse modus quantitatis, ut per se notum est; deberet ergo quantitas esse modus substantiae; at vero modus non est ita separabilis ab illa re cuius est modus ut sine illa esse possit, ut in superioribus ostensum est; ergo quantitas non est tantum modus, sed res distincta a substantia.

40,2,9: Nominalium responsio.— Respondent nominales negando quantitatem substantiae panis manere in Eucharistia post consecrationem, quia non manet intrinseca extensio et situalis praesentia partium substantiae panis, sed manere dicunt quantitatem albedinis et aliarum qualitatum ibi manentium, et hanc quantitatem concedunt distingui a substantia panis. Non enim universa affirmant omnem quantitatem esse idem cum substantia, sed unamquamque quantitatem cum illa re quae proxime per illam est quanta. Quo fit ut plures quantitates in eodem composito admittant, unam substantiae, et aliam albedinis, et aliam caloris, et sic de caeteris qualitibus materialibus; immo et unam materiae, et aliam formae, si materialis sit.

40, 2, 15: Quod si dicant quantitatem non esse ipsam actualem loci seu spatii occupationem, sed esse extensionem illam quam in se habet

corpus quantum, ratione cuius aptum est hoc vel illud spatium occupare, et hunc vel illum situm partium habere, illam vero extensionem non esse rem distinctam a substantia, si hoc (inquam) dicant, interrogo ulterius an Christus in sacramento habeat hanc extensionem quae dici potest aptitudinalis in ordine ad locum. Nam si habet, falso ipsi dicunt carere corpus Christi extensione quantitativa in Eucharistia; si vero non habet, praeter illud absurdum, quod corpus illud carebit in sacramento propria quantitate, sequitur ad hominem contra nominales extensionem illam esse distinctam ex natura rei a substantia corporis Christi et qualitatibus eius; cumque ostensum sit esse etiam distinctam ab actuali extensione in loco, fit dari inter substantiam et actualem extensionem in loco extensionem mediam distinctam ex natura rei ab illis, quae sit quantitas. Quod si hoc admittant, frustra dicent illam extensionem esse modum ex natura rei distinctum a substantia et separabilem ab illa, et non esse rem distinctam, cum rationes eorum contra utrumque aequae procedant, et rationes aliae probent non solum esse modum, sed etiam rem distinctam.

40,2,17: Contra hanc autem evasionem, ad hominem quidem obiicere possumus quia nominales non ita philosophantur de quantitate, sed ipsam situalem extensionem in loco quantitatem vocant, quod est satis absurdum. Nec minus est quod ex illo sequitur, videlicet, corpus Christi in Eucharistia carere sua quantitate. Simpliciter vero solum occurrit ad obiiciendum quod iuxta illum modum explicandi revera tollitur quantitas ex rebus, et sola substantia dicitur per sese apta ad illam extensionem localem; illa vero distinctio rationis, si nulla est in re distinctio, magis videtur inventa ad salvandum modum loquendi, quam ad ponendam in re veram quantitatem, quam antiqui philosophi posuerunt in substantia tamquam propriam formam accidentalem eius, non minus quam qualitatem. Quae argumenta sunt probabilia, illud vero solum est efficax quod ex impenetrabilitate dimensionum sumitur, et in priori discursu explicatum est.

CONCLUSIÓN

Espero que estas citas puedan ayudar a los investigadores a reconocer y comparar entre sí las teorías teológicas suarecianas vertidas en una obra cuyo objetivo era ofrecer una base filosófico-metafísica a los teólogos, pero que, como hemos visto al principio, su finalidad era prestar un servicio a la teología.

